

L A V R E N T I I B E L I

I V R I S C O N S V L T I R O M A N I

I N T E R P R E T A T I O .

I N . L . II . C . D E S A C R . S A N C . E C C .

E T I N . C . N V L L V S M O R T V V S . X I I I . Q . II .

Eiusdem opusculum de Mortuis
cōmeterio restituendis .



178 N.



B R I X I A E .

Apud Damianum Turlinum .

M D L X I I .



LAVRENTII BELI IVRISCON-

SVLTI ROMANI INTERPRETATIO

IN .L.II.C. DE SACR. SANCT.

ECCLESIAS.

IMPPP. Gratianus, & Valentinianus, & Theodosius

Auggg. Pancratio Praefecto Vrbis.

Nemo Apostolorum, vel Martyrum sedem humanis
corporibus existimet esse concessam.



ACTURVS legis huius interpretationem, ne
cessarium arbitror ab eorum disputatione ini-
tium sumere, quæ ad sensum ipsius enuclean-
dum conferunt, ne ad cætera properans, ope-
ram perdam cœu fundamento non iacto mu-
ros ducens. Quia in re mihi certe laborandum
nō esset, si paulo castigatior ederetur Iustinianus codex: Opi-
nor equidem librariorum incuria quartam elementorum li-
teram humanis decere: adcd ut legendum sit humanis: vix
enim credendum est legislatores, quos oportet certam pla-
nam & dilucidam legem condere, * quo id ab omnibus intel-
ligatur, cui omnes parere coguntur ita locutos, vt eorum sen-
tentiam homines quoq; iurisperitissimi percipere nequie-
rint, si verum est eius, quod multifariam exponitur, verita-
tem ignorari: * Cœterum quia huic opinioni refragatur vul-
garis lectio, sciendum est huiusmodi sanctionem vñq; eō tor-
fisse nostros interpretes, vt omnes propemodū (vnum enim
aut alterum excipio) uno quidem ore quatuor & varios in-
tellectus iuculcauerint. Quorum est vñus laicus (vtar eorum
verbo licet hi Budeo teste, * prophani sint vocandi) interdicti
sacerdotum choro hymnos canentium: præsertim ne obstre-
pentes forte fint illis impedimento: Quam interpretationem
tantum abest vt ego laudem, vt vitio esse dandam existimé:
nanque si accipitur h̄c, sedes, pro tota Ecclesia vt in sequen-
tibus ostendam (sumam autem ferè semper Ecclesiam pro lo-
co, vbi sacra facere fas est, ita vt cœmeterium contiguum ex-
cludam) non illo tantum choro, verum cœteris quoq; tem-
pli partibus extruderentur laici: sīn autem concedamus poni

supradictum &
boni, qd. illius
+ qd. Dicitur
leg. nō ab ali. 2
annuntiati. il. 32

c. erit autem lex
diff. 4.

Bal. 1. scire leges
ff. de leg.

Bal. 1. ff. ex*em*
pl. ff. de Aedilitate
cdit.